


# BLESSING OF THE NEW VESTMENTS, ARTEFACTS AND ORGAN



THE  
EXPERIENCE  
OF WORSHIP  
IN LATE MEDIEVAL  
CATHEDRAL AND  
PARISH CHURCH

ST TEILO'S CHURCH, ST FAGANS  
21 JUNE, 2011

*The schola sings the opening dialogue of Vespers, followed by Psalm 121.*

V. Deus in adiutorium meum intende.  
R. Domine ad adiuvandum mea festina.  
V. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.  
R. Sicut erat in principio et nunc et semper, et in secula seculorum  
Amen. Alleluia.

### **Psalm 121 (122)**

Letatus sum in his, que dicta sunt mihi.

*The blessing of the vestments at the high altar follows.*

### **Benedictio omnium vestimentorum simul**

V. Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnípotens Deus, qui per Móysen fámulum tuum,  
pontificália seu sacerdotália atque levítica vestiménta,  
ad expléndum ministérium eórum in conspéctu tuo,  
et ad honórem tui nóminis, fieri decrevísti;  
adéstō propícius invocaciónibus nostris,  
ut hec induménta sacerdotália desuper irrigánte grácia tua ingénti  
benedictióne,  
Per nostre humilitátis servitútem purifi+cáre, bene+dícere et  
conse+cráre dignérис,  
ut divínis cútibus et sacris mistériis apta et benedícta exístant;  
hiisque véstibus sacerdótes, seu levíte tui indúti,  
ab ómnibus impulsiónibus seu temptationibus malignórum spirítuum  
múniti et defensi esse mereántur,  
tuisque ministériis et condígne servíre et inherére,  
atque in hiis plácide et devóte perseveráre tríbue.

Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum  
qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus,  
per omnia secula seculorum. Amen.

*All move to the Jesus altar for the blessing of the ritual artefacts and the organ.*

**Benedictio specialis cunctis vestimentis et ornamentiis**

V. Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui univera ad tabernaculum federes,  
in sacerdotalis officium ministerium, ore proprio fieri precepisti;  
Te humili prece deposcimus, ut hec artificia,  
ad ministerium ecclésie tue preparata, bene+dictione perfundas,  
ut quicunque iam in tua apostólica ecclésia hiis usus fuérit;  
te miserante, veniam peccatorum et gaudia promereátur percipere  
sempiterna.

Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum  
qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus,  
per omnia secula seculorum. Amen.

*Move to the south aisle. The priest makes the sign of the cross over the organ as it is sounded.*

*All move westwards for the blessing of the water.*

## Blessing over the water

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus, Pater omnipotens, statutor omnium elementorum,  
qui per Iesum Christum Filium tuum Dominum  
nostrum elementum hoc aque in salutem humani generis esse voluisti,  
te supplices deprecamur,  
ut, exauditis orationibus nostris, eam tue pietatis aspectu sancti **+**fices;  
atque ita omnium spirituum immundorum ab ea recedat incursio,  
ut ubicumque fuerit in nomine tuo aspersa,  
gratia tue benedictionis adveniat, et mala omnia,  
te propitiante, procul recedant.

Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum,  
qui tecum vivit, et regnat Deus, per omnia secula seculorum.

R. Amen.

*All move to the centre of the nave. The schola gathers around the image of the Virgin to sing the antiphon Salve regina.*

The benediction of vestments is found on f.154 of the Bangor Pontifical (made c.1320 and used in the diocese of Bangor by Bishop Anian II and many of his successors). Here it is headed ‘Benedictio planete, dalmatice, stole et albas vestui sacerdotalium’. It also occurs on p.241 of the Pontifical of Edmund Lacy (Bishop of Exeter from 1420 to 1455), where it is headed ‘Benedictio omnium vestimentorum simul’.

The special benediction used for the vestments and artefacts is found in the Lacy Pontifical (p.241), and is headed ‘Benedictio specialis cunctis vestimentis et ornamentis’.

The blessing of the water comes from *Pontificale Romanum* (Benedict XIV, Leo XIII).